

Afyo, nec ne, bene facit rector loci Sacri, si reum de dubio, & periculo admoneat, eique fugam suadeat, & ad eam adjuvet, antequam a Curia Seculari ad eum bene custodiendum, aut tradendum requiratur; tunc enim fugæ locus non amplius esset, sed tunc tenetur Rector Ecclesiæ, aut alterius loci sacri, cautè custodire reum, adhibitis etiam, si opus foret, carceribus, & compedibus, donec ab Episcopo causa examinetur, & decidatur; si nimirum a Potestate Seculari ad hoc fuerit requisitus. Ita pluribus citatis Farinacius, & Reiffenstuel cit. n. 174. Ratio est: quia reus criminis excepti debet tradi Curie Seculari, juxta dicenda §. sequenti: ergo in casu dubio, & multo magis in certo, saltem interim custodiri debet etiam auxilio Secularium, si opus foret, ad requisitionem Curie Secularis, ut causa per Episcopum examinata tradi, si fieri oporteat, possit. Dicitur est: Si commisit crimen exceptum; in casu enim, quo liquido constat, crimen non esse exceptum ipsumque reum gaudere Afylo, nec rector Ecclesiæ, nec Secularis Potestas intra Ecclesiam, vel alium locum sacrum, aliquo modo carcerare, vel custodire reum potest, aut tenetur. Ita fermè omnes, & ratio est: quia in tali casu cessat custodiendi ratio, & finis, qui est, ut Jure Afyli carens, legitime tradi valeat Curie Seculari, & ab ea puniri, ne delicta maneant impunita. Nihilominus extra Ecclesiam potest Curia Secularis custodiam ponere ad præcavendum, ne liberè effugiat reus, & ut, si exeat, extrà faciliùs capi, & puniri valeat. Ita Bonacina t. 2. dif. 3. q. 7. p. 3. n. 2. aliique citatis Reiffenstuel cit. n. 183. Ratio est: quia per talem custodiam nulla vis, aut injuria inferatur loco Sacro.

§. IV. Ac reum extrahere Curie Seculari, modo à Bulla Gregoriana præscripto.

95 Modus extrahendi reum non gaudentem Afylo, Curie Seculari, præscribitur in Bulla Gregorii XIV. cum aliis, citata, sequentibus verbis: §. 3. Sed universis, & singulis venerabilibus nostris, Patriarchis, Primatibus, Archi-Episcopis, Episcopis, cæterisque Ecclesiarum, & Monasteriorum Prælatibus, tam secularibus, quàm cujusvis ordinis regularibus, districtè præcipiendo mandamus, & præcipimus, ut Laicos in casibus prædictis (nimirum in criminibus exceptis) delinquentes, ad eorum Ecclesias, Monasteria, Domos, & alia loca supradicta sacra, seu religiosa, respectivè fugientes, & eis se recipientes, atque morantes, qui prædicta delicta, eorumque aliquod, iudicio suo commississe videbuntur, quando à Curia Seculari fuerint requisiti, vel quilibet eorum fuerit requisitus, ministris, & officialibus Curie Secularis, &que irregularitatis nota, aut aliquis censura Ecclesiastica incursus, tradi, & consignari curent, & faciant, & quilibet eorum curet, & faciat.

§. 4. Ne autem Curie Secularis Ministri prædicta facultate, illos per se, & propria autoritate extrahendi, & abducendi, sibi olim, ut præfertur, attributa, & per præsentem revocata abutantur, volumus, disjunctè autoritate decernimus, & declaramus, ut Curia Secularis, ejusque iudices, & officiales, ab Ecclesiis, Monasteriis, locisque sacris prædictis laicum aliquem, ut præfertur delinquentem; in nullo ex casibus supradictis sine expressa licentia Episcopi, vel ejus officialis, & cum interventu persone Ecclesiastica, ab eo autoritatem habentis (ad quos solos, & non alios Episcopos inferiores, etiam si aliis ordinariis, aut nullius Diocesis, aut conservatores ab hac Sede specialiter, vel generaliter deputati, prædictam licentiam dandi facultas pertineat. Occurrente autem casu loco exempto, & nullius Diocesis, tunc ad Episcopum viciniorum devolvatur hæc cognitio, & non ad alios) capere, extrahere, aut incarcerare non possint; nisi eo casu, quo ipse Episcopus, & disjunctè persone Ecclesiasticæ requisita, illos in delictis superius expressis culpabiles, tradere, aut captare, & carcerationi intervenire, & assistere recusarint, tuncque reverentiæ Ecclesiæ, & locis sacris debita memores, prædictos delinquentes, minori, quàm id fieri poterit, scandalo, & tumultu extrahere curent.

§. 5. Quodque delinquentes laici prædicti, postquam, ut præfertur, ab Ecclesiis, locisque extrahi, & inibi sub tuto, & firmo carcere, ac opportuna custodia data illis, si opus fuerit, per Curiam Secularem, detineri debeant, nec inde extrahi, Curieque Seculari prædictæ consignari, nec tradi possint, nisi cognitio prius per Episcopum, seu ab eo deputatum, aut ipsi verè crimina superius expressa commiserint, tuncque demum de mandato Episcopi, per Judicem Ecclesiasticum Curie Seculari, quacunque appellatione seposita consignentur.

§. 6. De crimine verò hæresis cognitio ad forum Ecclesiasticum tota pertineat, neque in ea, Curia Seculari se quoquo modo intromittat. Hinc usque Bulla Gregorii XIV. citata.

Dicitur fuit hæcenus sæpiùs: Si rectores Ecclesiarum, vel locorum religiosorum fuerint requisiti à Curia Seculari, quia tantum, quando à Curia Seculari fuerint requisiti, vult Papa, ut custodiant, vel tradant, reum criminis excepti: consequenter à sensu contrario: Si non requisiti fuerint à Curia Seculari, nec custodire, nec extrahere tenentur talem reum, sed possunt eum libere dimittere, & ad fugam juvare: & multo minùs tenentur custodire, aut extrahere reum, qui commisit crimen non exceptum, & consequenter gaudet Afylo, etiam si à Curia Seculari fuerint requisiti: quia sine peccato mortali Rectores Ecclesiæ non possunt reum talem privare suo Jure, & privilegio sibi concessò à Summo Ecclesiæ Monarcha; nec Curia Secularis potest talem reum requirere, vel extrahere sub gravissimis pœnis, ut statim dicitur. Ait tamen Layman lib. 4. tract. 9. cap. 3. num. 13. Ecclesiæ tamen Prælatibus reum quandoque, Judici Seculari tradere potest, exacto priùs juramento, vel simili cautione immunitatis à pœna mortis, & omni corporali, sicuti colligitur can. id constituimus, 36. causa 17. quæst. 4. (quem in terminis retulimus, supra num. 93.) apud Layman citatum.

QUESTIO IV.

De Penis violantium immunitatem Ecclesiasticam, & de absolutioe ab isdem.

SUMMARIUM.

- 98 Extrahens ex Afylo reum vi, vel fraude, vel injusto timore, vel contra præscriptum Bullæ Gregorianæ, peccat mortali sacrilegio, & tenetur reum sic extractum restituere loco sacro,
99 Atque incurrit ipso facto excommunicationem Papæ reservatam.
100 Violans verò immunitatem realem, vel personalem incurrit gravissimum sacrilegii peccatum, & tenetur restituere omnia, quæ ab Ecclesiis, Ecclesiasticisque personis, aut bonis earum exegit;
101 Et incurrit ipso facto excommunicationem in Bulla Cæne Domini contentam.

ASSERTIO IV.

Extrahens ex Afylo reum, vi, vel fraude, vel injusto timore, vel contra præscriptum Bullæ Gregorianæ, imprimis peccat mortali sacrilegio, & tenetur reum sic extractum restituere loco sacro, cum omnibus bonis inde abstractis, obligaturque ad restitutionem damni exinde consecuti ipsi reo, vel aliis, atque incurrit ipso facto excommunicationem Summi Pontificis reservatam, aliasque pœnas: Violans verò immunitatem realem, & personalem, præter gravissimum sacrilegii peccatum, tenetur restituere omnia, quæ ab Ecclesiis, Ecclesiasticisque personis, aut bonis earum exegit, & incurrit ipso jure, & facto gravissimam pœnam excommunicationis in Bulla Cæne Domini contentam, à qua nullus omnino, extrahere articulum mortis, nisi Romanus Pontifex, absolvi potest. Est communissima.

§. I. Extrahens ex Afylo reum, vi, vel fraude,

Vel injusto timore, vel contra præscriptum Bullæ Gregorianæ, imprimis peccat mortali sacrilegio, uti constat ex can. Sacrilegium, causa 17. q. 4. & docet S. Thomas communiter receptus 2. 2. q. 99. art. 2. ad 2. Quia in re gravissima violat reverentiam Ecclesiis, & Sacris locis debitam. Et tenetur reum sic extractum restituere loco sacro, unà cum omnibus bonis inde abstractis. Barbosa lib. 2. J. E. V. c. 3. n. 52. Pirthing. de immunitate Eccles. n. 51. Pignatelli, Farinacius, Fagnanus, aliique citatis Reiffenstuel cit. n. 203. cum communi, & certa aliorum. Ratio defumitur tum ex can. Miror. 8. causa 17. q. 4. ibi: Ecclesie igitur restitue, quæ irregularissimus rapuit: tum ex illa universalis regula, quod spoliatas ante omnia sit restituendus, ex c. Item 6. §. c. conquirente 7. de Restitutione Spoliatorum. Obligaturque ad restitutionem damni exinde consecuti ipsi reo, vel aliis. Ita communis, ac certa ex can. sicut antiquitus 6. causa 17. q. 4. ibi: qui personam, vel bona ejus inde (è loco Afyli) subtraxerit, quousque emendet, & quod rapuerit, reddat, excommunicetur. Ratio est: quia, qui injustè auferit, vel damnificat, ad restitutionem tenetur. Hinc inferitur, quod si injustè extrahatur etiam capite plexus est, teneatur judex ad damnum, quod inde liberis, uxori, aut aliis subsecutum est. Ita Reiffenstuel cit. num. 110. Layman lib. 4. tract. 9. c. 3. num. 14. & apud ipsum Suarez, & Valentiam.

§. II.

§. II. Atque incurrit ipso facto Excommunicationem Papæ reservatam.

99 Ita Bulla Gregorii XIV. cum aliis, citata, §. 8. Sic dicitur: quod si quis quacunque dignitate, & autoritate præditus, Præmissorum, aut alio quovis prætextu, quidquam præter, aut contra hujus nostre constitutionis tenorem attentare presumpserit, declaramus, cum ipso facto Censuras, & pœnas easdem incurere, quæ contra libertatis, Juris, aut immunitatis Ecclesiasticæ violatores, per Sacros Canones, & Conciliorum Generalium, nostrorumque Prædecessorum constitutiones sunt promulgatæ. Idem docent Bonacina tom. 1. disp. 3. q. 7. p. 8. n. 3. Farinacius, Castro-Palau, Barbosa, Diana, Haunoldus, apud Reiffenstuel cit. n. 215. cum communi aliorum, post Bullam Gregorianam scribentium, contra nonnullos ante Bullam cit. scribentes, & propterea ad præfens non attendendos. Hanc excommunicationem incurrit, non tantum illi, qui aliquem etiam excepti criminis certò reum, in loco Afyli existentem, capere, extrahere, vel incarcerare ausi fuerint, juxta certam sententiam; sed etiam illi, qui capere, extrahere, aut incarcerare tantum tentaverint, effectum non secuto. Ita Diana p. 1. tract. 1. resolut. 15. Farinacius, Peregrinus, apud Reiffenstuel cit. num. 217. quod apertè patet ex Bulla Gregoriana cit. §. 8. ubi Papa pœnas juris ipso facto incurere declarat eum, qui contra tenorem hujus constitutionis quidquam attentare presumpserit. Hinc etiam aliæ Leges pœnales intelligendæ sint secuto effectu; secùs tamen est, si Lex etiam ipsum conatum expressè punire vult. Imò non tantum prædicti, sed etiam, & vel maxime illi, qui tale quid mandant, excommunicationem prædictam ipso facto incurrit. Ratio est: quia in Bulla Gregoriana pœnis ipso facto subjacere, universaliter declarantur omnes, & singuli quavis dignitate præditi, qui contra tenorem constitutionis, seu Bullæ aliquid attentare presumpserint; hoc autem, vel maxime faciunt, qui præfata autoritative mandant. Hæc excommunicatio est Summo Pontifici reservata, ob declarationem Sacri Concilii, 1617. apud Jacobum Pignatelli. tom. 2. consult. 59. quæ ita sonat: absolutio à Censuris ob violatam immunitatem Ecclesiasticam, juxta constitutionem Gregorii XIV. quæ incipit: Cùm aliis nonnulli, est Sedi Apostolicæ reservata. Nihilominus ab eadem (sed priùs restituro Reo, & facta satisfactioe lætæ Ecclesiæ) absolvi posse Regulares Mendicantes extra Italiam, docet Passerinus, de hominum statibus, & officiis, quæst. 187. art. 1. nu. 443. Ubi ait, Regulares Mendicantes extra Italiam posse absolvi à violatione Immunitatis Ecclesiasticæ: in terminis constitutionis felicis recordationis Gregorii XIV. quæ incipit: Cùm aliis nonnulli. Probatque ex Decreto Sacre Congregationis, sub Urbano VIII. edito, 1628. 17. Novembris, citatque pro hac sententia Lezaniam, Antonium à Spiritu S. Dianam, Naldum, Bordonum, Sanchez, Merolam, Delbene, Peregrinum, Barbosa, Tamburinum. Cujus ratio est: quia Regulares Mendicantes extra Italiam possunt absolvi seculares, ab omnibus casibus, & Censuris, etiam Papæ reservatis, exceptis casibus Bullæ Cæne, & casibus ab Episcopis sibi reservatis, uti habet Patritius Sporer. Theol. Sacrament. part. 3. cap. 6. sect. 2. nu. 740. & exceptis iis, qui ad forum contentiosum sunt deducti: jam autem hæc excommunicatio non continetur in Bulla Cæne Domini, ut legenti eam patebit: nec, ut supponitur, est casus ab Episcopo sibi reservatus, aut jam ad forum contentiosum deductus: ergo ab ea virtute suorum privilegiorum Regulares Mendicantes extra Italiam absolvi poterunt.

§. III. Violans verò immunitatem realem, vel personalem,

Præter gravissimum sacrilegii peccatum, quod incurrit, tenetur restituere omnia, quæ ab Ecclesiis, Ecclesiasticisque personis, aut bonis earum exegit. Ita omnes. Ratio est: quia injustè acquiritur: quidquid autem injustè acquiritur, restitui debet: hinc donec restituat, & satisfaciatur, absolvi non potest. Violatores autem Immunitatis Realis, & Personalis sunt, qui quacunque exactiones, aut onus quodcumque tandem, & quomodocunque nominetur (exceptis oneribus verè simpliciter, & formaliter realibus, de quibus supra hac sect. qu. 1. num. 79.) Ecclesiis, Ecclesiasticisque personis, aut bonis earum imponunt, seu exigunt ab eis. Ita Bulla Cæne Domini. §. 18. Item Laici, qui personas causasque Ecclesiasticas ad suum tribunal trahunt, vel trahi faciunt, vel procurant, direbunt, vel indirebunt, quovis quæsitò colore. Ita Bulla Cæne §. 14. 15. Plura vide in Bulla Cæne Domini, & in Bulla Suppl. Theol. Decal.

Urbanus VIII. Romanus Pontifex, quæ in Bullario Cherubini, tom. 4. §. 159. constitutio dicitur Pontificis.

§. IV. Et incurrit ipso facto excommunicationem in Bulla Cæne Domini contentam.

102 Ita omnes. Et patet clarissimè ex ipsa Bulla Cæne Domini citata, sicut etiam ex Bulla Urbani VIII. mox citata, & ex aliis textibus Juris Canonici. Hanc igitur excommunicationem incurrit omnes violatores immunitatis Ecclesiasticæ realis, & personalis, §. præcedente specificati; & cum hæc excommunicatio sit contenta in Bulla Cæne Domini, nullus ab ea extra articulum mortis absolvi potest, nisi Romanus Pontifex, & qui ab eo specialem habet facultatem absolviendi à casibus Bullæ Cæne; consequenter nullus Regularis etiam Mendicans; virtute privilegiorum suorum ab ea absolvi potest. Ita habetur expressè in Bulla Cæne §. 23. imò etiam in articulo mortis nullus absolvi potest, nisi violatores priùs cautionem præstent, quod satisfacere, & mandatis Ecclesiæ stare velint, & similia ultimus non facere seridè propofuerint. Ita clarè statuitur in citata Bulla Cæne §. 22. imò omnis absolutio per alium, quàm Romanum Pontificem, extra mortis articulum, vel etiam in illo, sed non juxta tenorem præfatum facta, non tantum est nulla, sed est etiam graviter peccaminosa, ac insuper absolventem excommunicationi subicit. Ita iterum expressè Bulla Cæne, §. 23.

Alias pœnas contra violatores immunitatis Ecclesiasticæ, videre poteris apud Auctores citatos. Sed pro aliquibus Principibus oboerum privilegia in omnibus præfatis materiis vide Clericatum alibi citatum.

SECTIO III.

De Statu Religioso.

QUESTIO I.

De status religiosi essentia, diversitate, novitiatu, & professione.

SUMMARIUM.

- 102 Quotupliciter accipiatur nomen Religionis?
103 Quid sit religio, seu status Religiosus?
104 Quot conditiones requirantur ad Religiosum?
105 Religiones in essentialibus conveniunt, & in accidentalibus differunt.
106 A quo institutus sit status Religiosus?
107 Religionum Diversitas.
108 Religio dividitur in Contemplativam, Activam, & mixtam;
109 In Clericalem, Monachalem, Mendicantem, & Militarem.
110 Quatuor sunt regule religionum.
111 De regula S. P. N. Francisci Seraphici.
112 Novitius religionis debet habere certas qualitates: nimirum
113 Etatem debitam, scilicet pubertatis;
114 Ut non sit alteri obligatus,
115 Ut Corpore non sit vitatus,
116 Ut non sit criminofus, aut infamis.
117 Quenam adhuc sint observanda circa novitios?
118 Novitius sine justa causa nequit expelli ab ordine.
119 Usque ad num. 122. Novitii gaudent privilegiis religionis etc.
122 Quid novitio egredienti debeat restituere?
123 Ad quid obligentur novitii?
124 An possit facere testamentum etc.
125 Quid de novitiis monialibus.
126 An novitii incurrant casus reservatos ordinis?
127 Quid sit professio religiosa?
128 Ad valorem professionis requiritur aptitudo vocentis.
129 & 130 Annus probationis integer;
131 Plena deliberatio religionis.
132 Et acceptatio religionis.
133 An invalide professus reclamare, & religionem deserere possit? & seq.
139 An religio possit expellere nulliter professum?

ASSERTIO I.

Religio, seu status religiosus est fidelium ad divina Charitatis perfectionem tendentium, editis votis perpetuæ paupertatis, castitatis, & obedientiæ, stabilit in communi vivendi

veni modus ab Ecclesia approbatus. Dividitur in religionem clericalem, Monachalem, Mendicantem, & Militarem. Ut quis possit ingredi Religionem, requiruntur in eo quatuor conditiones. I. Est, ut habeat debitam etatem. II. Ut non sit alteri obligatus. III. Ut corpore non sit multum vitiatum, aut deformis. IV. Ut non sit criminofus. Similiter ad valorem Religioſe Professionis, quatuor conditiones requiruntur I. Aptitudo vocantis. II. Annus Probationis integer. III. Ut fiat liberè sine metu gravi injuſtè incuſſo ad extorquendum actum, & deliberatè sine errore circa ſubſtantiam. IV. Acceptorio habentis poſſeſſionem recipiendi ad profeſſionem. Ita Communiffima Theologorum, & Canoniffarum.

ſ. I. Religio, ſeu Status Religioſus eſt fidelium ad Divine Charitatis Perfectionem, &c.

103 Religio tripliciter accipi poteſt. Primo. Quidem, ac in primæva ſua ſignificatione, qua denotat virtutem, quæ inter morales Principalis eſt, ex natura ſua tendens ad DEO debitum cultum, & honorem exhibendum, prout ex D. Thoma tradit Miranda in Manuali Prælatorum, tom. 1. qu. 1. art. 1. de qua Religionis virtute agit P. Patrius Sporer traſt. 2. in 1. Præcept. Decal. cap. 7. Secundo. Accipitur pro Univerſitate verum DEUM ritè colentium per fidem, & fidei opera: quo ſenſu dicitur Religio Catholica; de qua Controverſiſtæ. Tertiò. Religio accipitur pro ſtatu, in quo fideles per tria vota Paupertatis, Caſtittatis, & Obedientiæ ſe totos DEO in perpetuum conſecrant; de qua acceptione agimus in præſenti. Itaque

104 I. Religio, ſeu ſtatus Religioſus bene deſcribitur, quòd fit Fidelium ad divine Charitatis Perfectionem tendentium, editis votis perpetuæ paupertatis, Caſtittatis, & Obedientiæ, ſtabilis in communi vivendi modus, ab Eccleſia approbatus. Ita Matruius in Theol. moral. diſp. 14. qu. 1. art. 1. Layman lib. 4. traſt. 5. cap. 1. num. 1. Reiffenſuel lib. 3. Decret. tit. 31. num. 3. Pirrhing, & Engel eod. tit. Pellizzarius in Manuali Regular. tom. 1. cap. 1. num. 1. eſtque in re communis. Dicitur I. Fidelium; quia ad ſtatum, & Ordinem Religioſum requiritur, ut fit Sacra quædam congregatio ſeu communitas plurium fidelium. Dicitur II. Ad divine charitatis perfectionem tendentium, quia ſtatus Religioſus eſt diſciplina quædam, qua aliquibus exercitiis ad perfectionem devenitur; unde ſtatus Religionis dicitur eſſe ſtatus perfectionis; non quidem in eo ſenſu, quòd omnes Religioſi debeant eſſe perfecti; cùm quidam eorum ſint incipientes, quidam proficientes! unde Doct̄or noſter Subtilis in 3. diſt. 18. queſt. unica, diſtinguens ſtatum perfectionis, inquit, quòd quædam perſona eſt in ſtatu perfectionis exercendæ, ut Prælati, quædam verò in ſtatu perfectionis acquirendæ, ut ſimplex Religioſus; ſed in eo tantùm ſenſu, quòd omnes ad Chriſtianam perfectionem, unionemque cum DEO, tanquam propoſitum ſibi finem ex ſui ſtatus obligatione tendant, ut docet Doct̄or Angelicus D. Thom. 2. 2. q. 186. art. 1. Dicitur III. Editis votis perpetuæ paupertatis, Caſtittatis, & Obedientiæ quia tria ſunt præcipua hujus perfectionis conſequendæ impedimenta, teſte S. Joanne Epifc. 1. c. 2. dicente: Omne, quòd eſt in Mundo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ. Ab his autem impedimentis liberatur homo per voluntariam paupertatem, caſtittatem, & obedientiam. De paupertate enim dicitur Matth. 19. v. 21. Si vis perfectus eſſe, vende omnia, que habes, & da pauperibus; & de obedientia ſubditur ibidem: Veni, & ſequere me; de caſtitate tandem etiam ibidem v. 21. dicitur: Sunt Eunuchi, qui ſe ipſos caſtraverunt propter regnum Cælorum; id eſt, amputaverunt uſum, & poteſtatem venerorum, non quidem per abſciſſionem membri corpoream, ſed per votum caſtittatis propter regnum DEI emiſſum; ut communiter explicant SS. Patres. Additur autem: hæc tria vota debere eſſe perpetua: quia ad ſtatum Religioſum non ſufficit nudum propoſitum ſervandi illa tria conſilia Evangelica, ſed requiritur perſonalis obligatio per vota DEO edita, non ad tempus determinatum, ſed in perpetuum, & uſque ad finem vitæ. Unde eſſentia ſtatus Religioſi conſiſtit in tribus illis votis, juxta c. ad Apoſtolicam. Et c. cùm ad Monaſterium de ſtatu Monachorum. Tandem additur, quòd hic ſtabilis in communi vivendi modus debet eſſe ab Eccleſia approbatus; quia quamvis olim Epifcopi poterint Religionem approbare, poſtea tamen in Concilio Lateranenſi ſub Innocentio III. ſtatutum eſt, ne nova inducatur Religio, niſi à Pontifice approbata. Cùm enim Religio ſit quædam Sacra Congregatio ſeu communitas, in qua conſequenter aliqua ſpiritualis Jurifdictio eſſe debet, & hæc à ſolo Papa ſpervniat, neceſſarium eſt, ut talis ſtabilis in communi vivendi modus ab eodem approbetur. Ita Aleſanus noſter lib.

6. tit. 47. de Regularibus, art. 2. & poſt ipſum Bellarminus, Suarez, Reginaldus, Layman, Joannes de la Cruz, Lezana, Matruius cit. & alii Recentiores. Ex his

II. Conſtat, ad hoc, ut quis ſit vere, & propriè Religioſus, ſeu (quod idem eſt) Regularis, quatuor requiri conditiones, ut notat Lezana in ſumma Q. Regularium, c. 2. Prima eſt proſiteri obedientiam, caſtittatem, & paupertatem. Secunda, ut hæc tria votis tribus firmentur. Tertia, ut hæc vota emittantur in Religione aliqua per Sedem apoſtolicam approbata. Quarta, ut promittens hæc vota ſub Jurifdictioe, & poteſtate alterius conſtituatur. Et quidem prædicta tria vota perpetuæ Paupertatis, Caſtittatis, & Obedientiæ adeò eſſe de eſſentia Religionis, & quidem Jure Divino, ut ſine illis Religio aliqua nullatenus conſiſtere poſſit, docent Miranda in Manuali Prælat. tom. 1. queſt. 1. num. 4. & 5. Hyacinthus Donatus, Reiffenſuel cum communi aliorum. Ratio eſt: quia c. cùm ad Monaſterium, 6. de ſtatu Monachorum, habetur, quòd Papa cum Religioſo, manente Religioſo, non poſſit diſpenſare in aliquo ex diſtis votis: ex quo manifeſtè ſequi videtur, hæc tria non ſolo Jure humano, ſed etiam divino requiri ad ſubſtantiam Religioſis; ſi enim ſolo Jure humano ad eam eſſent neceſſaria, Papa in iis haud dubiè diſpenſare poſſet; utpotè, qui ſecundùm plenitudinem poteſtatis de Jure poteſt ſupra Jus diſpenſare, uti dicitur c. Propoſuiſti 4. de conſeſ. Præbend. Dicitur eſt: quòd Papa cum Religioſo, manente Religioſo, non poſſit diſpenſare in aliquo ex diſtis votis, quòd intellige cum gloſſa in cit. capit. verſ. Abdicatio, & communi DD. in ſenſu composito, id eſt, ut quis ſit, maneatque Religioſus, & tamen non ſit adſtrictus tribus allegatis votis: nam ex cauſa aliqua graviffima poteſt Summus Pontifex diſpenſando, ex Religioſo facere non Religioſum, ſicque liberandum eum à Religione, etiam à votis liberare, ac concedere, ut ad Sæculum redeat, ac etiam nubat prout cum aliquibus factum eſſe, reſert Rodriquez Q. Regular. tom. 3. q. 1. art. 5. hinc gloſſa loc. cit. dicit: Papa non poteſt diſpenſare, ut Monachus habeat proprium, exiſtendo Monachus; ſed de Monacho poteſt facere non Monachum.

III. Ex quibus ſequitur, varios Religioſorum Ordines in eſſentialibus convenire, & ſolum inter ſe diſſerre accidentaliter, quatenus omnes variis mediis accidentaliter diſſerentibus ad Chriſtianam tendunt perfectionem, quæ eſt Charitas, & conjunctio cum DEO; eſſentialia verò ſtatu Religionis omnibus ſunt communia; & commune eſt enim omnibus, ut editis DEO votis in perpetuum, à ſe amoveant ea, quæ mortales plerumque à virentis perfectione impediunt, ſcilicet rerum externarum ſubſtantiam, carnis delectationes, & propriæ voluntatis libertatem, diverſitas verò accidentaliter procedit ex diverſitate mediolorum, quæ unusquique Ordo juxta Regulam ſuam adhibet ad eundem finem principale aſſequendum, ſeu ad ipſa eſſentialia vota meliùs adimplenda: ex quo etiam oritur, quòd inter Religionem, ſeu Ordines Religioſos ille perfectior cenſeri debeat, qui ſecundùm Regulam ſuam habet media magis accommodata ad finem principale aſſequendum; huc enim omnia Religionis exercitia tendunt, ut Charitas DEI in nobis perfecta ſit, ut diſcurrit Layman lib. 4. traſt. 5. cap. 3. Ex quo etiam deducitur, eos non eſſe Religioſos propriè, & verè tales, qui in Ordinibus Militariibus ab Eccleſia approbatiſ caſtittatem non abſolutam, ſed limitatam, ſeu conjugalem proſequentur, licèt Perſonæ Eccleſiaſticæ cenſeantur; qualis eſt Ordo Militaris D. Jacobi Calatravæ, Alcantaræ, ac ſimilium. Ita docent D. Thomas 2. 2. q. 186. art. 4. Sotus lib. 7. de Juſtit. q. 5. art. 3. Layman cit. c. 1. nu. 5. Rodriquez, Miranda, Reiffenſuel cum communiſſima Theologorum. Ratio eſt: quia in eis deſicit unum eſſentiale ex requiſitis, votum nempe perfectæ caſtittatis, quòd juxta ſupradicta de Jure Divino pertinet ad eſſentiam ſtatus Religioſi, ſeu Religioſis ſimpliciter, & abſolutè talis. Quia tamen dicti Ordines Militares habent Regulam à Sede Apoſtolica approbatam, eorumque Profeſſores emittunt tria vota, atque ab ipſis Summis Pontificibus appellantur non ſolum Eccleſiaſtici, ſed etiam Religioſi teſte Navarro de Reddit. Eccleſiaſt. qu. 3. Monit. 27. atque etiam capaces ſunt Beneficiorum Regularium, gaudentque privilegio fori, & Canonis juxta Navarrum cit. ideo eos poſſe dici Religioſos, non abſolutè, & ſimpliciter, ſed cum addito, Militares, docet cum Rodriquez, & Miranda citatis, P. Reiffenſuel cit. nu. 32. Profeſſi verò in Ordinibus Militariibus illis, in quibus præter vota paupertatis, & obedientiæ etiam emittitur votum perfectæ, & totale caſtittatis (qualis eſt Ordo Militaris S. Joannis) veri, ac propriè dicti Religioſi ſunt. Ita docet certa ſententia apud Reiffenſuel c. n. 31. Ra-

Ratio eſt: quia habent omnia ad propriè dictum Religioſum requiſita, tria nempe vota ſubſtantialia. Similiter, quia in Societate Jeſu poſt probationis biennium emittunt vota ſimplicia, verè, & propriè Religioſi ſunt, ut deſignavit Gregorius XIII. Bulla: Aſcendente Domino. Et Ratio eſt: quia illis etiam conveniunt quatuor conditiones ſuprà aſſignatæ ad eſſentiam veri, & propriè dicti Religioſi requiſitæ; & licèt talia vota non ſint perpetua ex parte acceptantis, ſunt tamen perpetua ex parte voventium, quòd ſufficit; ſicut ad ſtatum ſervitutis ſufficit, ut ſervus nequeat ſe eximere à ſervitute, eſt à Domino manumitti poſſit. Denique ex Tertiariis Fratribus, & Sororibus, ſive noſtri Ordinis Seraphici; ſive aliorum, tantùm ſunt Religioſi propriè dicti illi, qui in Religione approbata, ſecundùm certam Regulam, tria vota ſubſtantialia emittunt, illi verò qui hoc non faciunt, non ſunt veri, & propriè dicti Religioſi, quia non habent conditiones ad verum Religioſum ſuprà requiſitas.

107 IV. Religio, ſeu ſtatus religioſus ſecundùm ſuam ſubſtantiam non ab aliquo pro homine, ſed immediate ab ipſo Chriſto Domino ſuit inſtitutus. Ita Rodriquez tom. 1. qu. 1. art. 1. Miranda in Manuali Prælatorum. 1. queſt. 3. art. 1. Pellizzarius in Manuali regul. traſt. 1. cap. 2. queſt. 5. Suarez tom. 3. de relig. lib. 3. cap. 2. num. 3. eſtque teſte Miranda certiffima, & omnium Catholicorum hac de re certè ſentientium, probaturque ex variis Evangelii locis, in quibus manifeſtè apparet, quòd Chriſtus multos ad modum, & normam ſub tribus votis vivendi, ſive ad ſtatum Religioſum, invitavit, & cohortatus ſit, uti patet ex textu Matth. 19. Si vis perfectus eſſe, vende omnia, que habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in Cælo, & veni, ſequere me. Et ulterius ex Matth. 10. Nolite poſſidere aurum, & argentum, & illo Luca 4. Niſi quis renuntiaverit omnibus que poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus; quibus verbis de paupertate inſt. conſtat. De caſtitate patet etiam ex Matth. 19. ſunt Eunuchi, qui ſeipſos caſtraverunt propter regnum Cælorum. De obedientia item per quàm quis ſeipſum, & propriam voluntatem abnegat ex Matth. 16. Qui vult venire poſt me, abneget ſeipſum, &c. Porro religio à Chriſto Domino inſtituta, eo invitata, & hortata eſt, ſtatim ab initio Eccleſiæ ab ipſis Apoſtolis, ac aliis Chriſti diſcipulis ſuit ſuſcepta, qui emiſſis priùs enumeratis votis veram vitam religioſam duxerunt, verique religioſi exiſterunt; prout docent S. Chryſoſtomus lib. 3. contra Monach. vitæ vituper. S. Hieronymus in lib. contra Jovinian. Hieronymus Plati de bono ſtatu relig. lib. 2. cap. 2. Miranda tom. 1. queſt. 3. art. 1. Joannes Gerſon, D. Thomas Hyacinthus, Donatus Engel, Tamburinus, Suarez apud Reiffenſuel in lib. 3. decret. tit. 31. num. 19. Idque probant ex illo Matth. 19. ubi poſtquam Chriſtus requiſita ad ſtatum religioſum alicui propoſuit, S. Petrus nomine Apoſtolorum indicavit, hunc ſtatum ſe jam aſſumpſiſſe, dicendo: Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te, vivendo in obedientia, ſine proprietate, & in caſtitate. Huc facit etiam illud ex adis Apoſt. cap. 4. Multitudinis credentium erat cor unum, & anima una; nec quiſquam eorum, que poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia. Quamvis autem Chriſtus religioſum quoad ſubſtantiam inſtituerit; nihilominùs plures religiones ſecundùm certas regulas, religionis ſubſtantie ſuperadditas, certumque modum vivendi præſtatæ ſubſtantie adjectum, ab hominibus, viris utique perfectis fuere inſtitutæ, & ab Eccleſia approbatæ, ita ut quævis earum peculiarem Fundatorem, ac Inſtitutorem habeat. Ita omnes apud Reiffenſuel cit.

ſ. II. Religionum diverſitas.

108 Quamvis omnes, ac ſingulæ Religionem in eſſentialibus conveniant, nihilominùs multùm inter ſe accidentaliter diſſerunt, præcipuè verò in duobus: videlicet. I. In fine proprio, ac particulari, ad quem quævis ſpecialiter à Fundatore eſt inſtituta. II. In mediis particularibus, quibus quælibet utitur ad tria vota ſubſtantialia exactè obſervanda, & ad finem tam principalem, quàm particularem meliùs obtinendum. Ita D. Thomas 2. 2. queſt. 188. cum communi, & patebit ex ſequentibus.

109 I. Nam Religio I. Dividitur in contemplativam, activam, & mixtam. Contemplativa eſt, quæ præter obſervationem trium votorum ſubſtantialium, ex ſuo fine particulari ad vitam contemplativam principaliter ordinatur, & poſitiſſimùm ſe exercet in contemplatione rerum Divinarum. Religio activa eſt, quæ ex ſine ſuo particulari principaliter ordinatur ad vitam activam, opera nempe miſericordie, & charitatis erga proximum exhibenda. Religio mixta eſt, quæ utramque includit, eò quòd ex ſine ſuo

particulari tam ad vitam contemplativam, quàm activam, ordinetur. Ita cum communi Miranda, Pirrhing, Sanig, & alii.

Religio II. Alia eſt Clericalis; alia Monachalis, alia Mendicans, alia Militaris. Religio Clericalis eſt, quæ vi ſuæ inſtitutionis principaliter ordinatur ad chorum, Divina myſteria exactè peragenda, cultumque Divinum promovendum, cum aliqua mixtura vitæ contemplativæ, & activæ: in hac religione vivunt Canonici Regulares. Religio Monachalis eſt, quæ vi ſuæ inſtitutionis, & in ſine ſuo particulari ad vitam contemplativam, & ſolitariam principaliter ordinatur, quia Monachus idem ſignificat, ac Solitarius. Hinc S. Hieronymus in Can. ſi cupis. 5. cauſa 16. queſt. 1. ad Paulinum Monachum ait: ſi cupis eſſe, quòd dixeris Monachus, id eſt ſolus, quid facis in urbibus, que utique non ſunt ſolorum habitacula, ſed multorum? Tales ſunt Benedictini, Ciſtercienses, Carthuſiani &c. Religiones Mendicantes ſunt, quarum religioſi ex primæva ſua inſtitutione ad vitam mixtam deſtinati, & juxta paupertatem ſuæ regulæ, nulla poſſident bona immobilia, contenti iis, quæ vel mendicantur humiliter, vel donantur liberaliter, vel honeſto labore, & induſtria acquiruntur; quamvis hodiè ab Eccleſia in Concilio Trident. ſeſſ. 25. de regularibus cap. 3. conceſſum ſit omnibus religionibus tam virorum, quàm mulierum, etiam mendicantibus (exceptis Capuccinis, & Franciſcanis, ſeu Fratribus Minoribus de obſervantia, qui nullius omnino rei nec in communi, nec in particulari dominium habent) bona immobilia, dominiumque rerum habere in communi. Itaque religiones mendicantes cap. unic. de religioſ. domibus in 6. ſunt religio Prædicatorum, Minorum, Eremitarum S. Auguſtini, & Carmelitarum; quibus ſucceſſu temporis ab aliis Summis Pontificibus annuerati ſunt Patres Societatis, Cæſetani, Paulani, ac plures alii. Religiones Militares ſunt, quæ ex ſine ſuo particulari principaliter ordinantur ad militandum pro deſenſione Religionis Chriſtianæ, & Eccleſiæ Catholicæ. Tales ſunt Ordo Melitenſis, Ordo Teutonici, ac plures alii. Vide Rodriquez tom. 1. queſt. 5. Suarez tom. 4. de relig. Reiffenſuel, Pirrhing, Barboſam, Mirandam, & alios.

III. Quamvis plurimæ ſint Religionem, tamen omnes ſub quatuor principalibus regulis, videlicet S. Baſilii, S. Auguſtini, S. Benedicti, & S. P. N. Franciſci militanter exerce ptis PP. Societatis Jeſu, PP. Minimis, & Carthuſianis, in pluribus, quatuor præſatis regulis, ſeſe accomodantes, propria ſtatuta, & particulare conſtitutiones ſuas pro regulis habent. Ita Barboſa lib. 1. juris Eccleſ. univerſ. cap. 4. num. 20. Layman lib. 4. traſt. 5. cap. 2. num. 3. Pirrhing tit. de regularibus num. 2. 5. eoque teſte communis DD.

IV. Quod attinet regulam S. P. N. Franciſci, illam S. Franciſcus non tam inſtituit, quàm executioni mandavit, ejuſque executor poſitùs, quàm inſtitutor aut fundator fuit; ſiquidem non ipſemet eam adinvenit, ſed immediate à Deo revelatam ac dictatam accepit: prout non tantùm ipſemet ſanctus Pater noſter ſæpè eſt factus, ſed & plures Pontifices conſtituti ſunt, inter quos Nicolaus III. cap. extat de V. S. in 6. quòd ipſum etiam S. Birgittæ aliquando revelavit Chriſtus illis verbis: Iſtus Franciſci regula, quam ipſe incepit, non fuit dictata, & compoſita ab ipſius humano intellectu, & prudentia, ſed à me ſecundùm meam voluntatem, quodlibet ejus verbum, quòd in ea ſcriptum eſt, de ſpiritu ſancto eſt. Vvadingus ad annum 1223. num. 13. Dominicus de Gubernatis in Orbe Seraphico tom. 1. lib. 1. cap. 9. Incepit autem Religio S. Franciſci 1208. ſub Innocentio III. qui eandem, ſolo tamen vivæ voci Oraculo conſtituit; quàm proinde Honorius III. per ſpecialem Bullam: ſolet annuere, Anno 1223. Sicut, & ejuſdem regulam à Chriſto immediate dictatam in 12. Capitulis conſtitente approbavit, & confirmavit; quæ adeo crevit, ut teſte Ludovico Granatenſi Con. 2. de S. P. Franciſca, numero Provinciarum, Monaſteriorum, & Fratrum ſuperet omnes Religionem, & Ordines ſimul ſumptos, quòd idem Hieronymus Plati Societatis Jeſu lib. 2. cap. 22. & 24. de Propagand. relig. & alii teſtantur, veritate in factò teſtimonium perhibente. Igitur ſub hac S. Franciſci Religione, ejuſque Sanctiſſima divinitùs tradita regula, militant imprimis Fratres Minores Franciſcani, illi, qui dictam regulam ad litteram obſervant, quorum alii vocantur Obſervantes, ſcilicet regulam, alii vocantur Recollegiti, alii Reformati, alii Diſcalceati, qui omnes ſub uno, eodemque Generali Miniſtro vivunt, qui Miniſter Generalis de Obſervantia legitime utitur titulo, & Sigillo cum inſcriptione Miniſtri Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum, id per ſpecialem Bullam deſignante Leone X. quòd de novo ſervari mandavit Sacra Rituum Congregatio die 22. Martii Anno 1531. id autem jure merito pro ipſo decretum eſt: quia ipſe continua, & non interrupta ſerie à S. Fran-